



OS
A
162

old
Museum - copies right

1156

17. Fried

and ...



DISPUTATIO
Ex
A U T H. H A B I -
T A. C. N E F I L I U S
P R O P A T R E.

U B I
D E S T U D I O S O R U M P R I -
V I L E G I I S

ad quam

D. O. M. A.

Permissu Superiorum,

S U B P R A E S I D I O

Clarissimi & Consultissimi Viri,

D N. A N D R E Æ G E R H A R -
D I J. U. D.

*Publicè in Actorum auditorio καθόλου
respondebit*

J O H A N N - A D A M U S R h r d e n / A B
A B S T O R F F A U S T R.

Postrid. Cal. Septembris.

J E N Æ, Typis Lippoldianis, Anno 1606.

A D

Genere Nobiliss^{os}, præstan-
tiss^{os}, virtute, doctrinâ ornatiss^{os}. Viros
Juvenes.

BALTHASAREM von Döberitz /	HENRICUM WILHELMUM von Eschweg /
GEORGIUM von Carlowitz /	JONAM von Ossnitz /
WOLFGANGUM FRIDERI- CUM von Ende /	DAVIDEM von Winterfeld / GEORGIUM HENRICUM von Platen.
REINHARDUM von Eschweg /	

Amicis suis ut optimis: ita omni amicitia cultu æternum colendis.

Solvere amicitia contractæ vincula firma
Non poterit vel Amicorum disjunctio longa:
Corpora disjunguntur, at hærent pectore vultus
Infixi, nunquam nomenq; abolefcit Amici.
Ergo nunc agite, ô Juvenes, quibus integer ævi
Est sanguis, quibus & præcordia finxit Apollo
Perpulcrè, quiq; heroo de sanguine nati
Ante annos animum geritis curamq; virilem.
Accipite hæc, animi quæ sint monumenta per ævum.
Vobis, constantemq; meum testentur amorem:
Nos quoq; ceu jungunt specialia jura laborum.
Nostrum (magnamino concessa à Cæsare, quæ illæ
Pagellæ exponunt) animos sic jungere nostros
Hæc valeant; quo mens non immemor unquam.
Absentis quoq; vestra mei meminisse potis sit.
Offero, nam fateor, vobis minuscula cultu
Nullo; sed potiùs mentem spectate ferentis.

V.

Johann-Adamus Schröder.



DISPUTATIO

ex

Auth. habita C. ne Fil. pro Patre,

P R Æ F A T I O.



MARO POETARUM FACILE PRINCEPS multum & temporis & diligentia in describendo Culicis fato insumere relaxandi animi gratia, non dubitavit: In asino mirificè laudando Agrippa: in asino aureo Apulejus. Erasmus in mortia encomio multus est. Horum indefessus labor rebus levioribus adhibitus incitare animos potest ad majora, & quæ vitæ ratione digna, tentanda: Itaque nos animam induximus aliquid studii Constitutioni illi Imperatorie, quæ privilegia Studiosis concessa exponit, tribuere; cum ea & ipse Imp. unâ cum Episcopis, Ducibus cæterisque Imperii procuribus diligenti inquisitione & examinatione digna judicavit; & quilibet jura pro se introducta investigare tenetur.

T H E S I S I.

Authenticæ hujus tria, quæ & Plato in lege ferenda considerat, deprehenduntur membra. Proœmium, Legislatio, Sanctio.

2. In PROEMIO causa efficiens principalis, adjuvans, impulsiva; objectum item & finis observanda.

3. Author hujus constitutionis Imperator est, ut indicant verba: nostri palatii, & in fine; inter imperiales constitutiones. Item:

Roncalias: ibi n. Imp. solebant conventus solennes agere pro iustitia & pace regni componenda, 2. feud. 52. & 55.

4. *Imperator Fridericus*, ut indicat inscriptio: *Imp. Fridericus regni sui fidelibus, ut restituit Pacius*: vel ut vulgaris: *Nova constitutio Friderici*.

5. *Adde Imperator Fridericus I. Barbarossa vocitatus*, ut denotant verba illa, *Datum Roncalias Anno 1158*. Hic n. Anno 1155. seu ut *Funccius* 52. imperium adeptus, Anno 1189. aut 1190. obiit. Sic *Duar. Oldend. Scip. Gent.* rectius quam *Rebuffus, Sicardus & alii* qui *Fridericum II. Barbarossæ* Nepotem intelligunt, quem tamen anno 1212. ad imperium pervenisse *Peucerus & historici* habent.

Q U Æ S T I O I.

Estne ergo Imperatoris, Academias concessis privilegiis constituere, & Imperatoris solius absque consensu & confirmatione Pontificis?

Sicut olim *Sophocles* Athenis legem tulit, ut neq; scholæ erigerentur, neq; Philosophorum quisquam præficeret absq; Senatus decreto: ita ea demum vera est Academia, quæ Principis summi seu Imperatoris consensu & voluntate instituitur. *Obr. de jur. d. th. 184.* In earum constitutione & principalis eminentia summa *Gæden. conf. 3. n. 9. Anton. de Petra. in tr. de potest. Princip. c. 13. n. 34.* & præsidium regni consistit: tum ob privilegiorum concessionem: privilegia universalialia, ut olim ex l. XII. tabb. non nisi centuriatis comitis, & à Populo: ita hodie non nisi ab eo, qui Reipubl. gubernacula suo jure moderatur, seu ab Imp. (& ab Imp. solo; non etiam Pontifice: in hunc n. populus imperium ubi transfudit) conceduntur. *Obr. de regalibus th. 334.* tum ob Juventutis institutionem, qua univerſæ Reip. beatitudo tanquam Athlante quodam fulcimente nititur, *Arist. 8. pol. 1.* Est itaq; hic causa publica, cujus gubernatio Principis sollicitudini commendatur. *Tbol. 18. de Rep. 5.* quod probant *Imp. constitutiones de studiis liberalibus lib. 11. C. 7. 12.* & hæc n. *auth.* Unde & auditorium dicitur publicum & principale seu imperiale l. un. C. de stud. lib. urb. Rom. Et à summo Magistratu semper in Rom. monarchia dependisse publicè docendi munus & profi-

profitendi docet *Heig. p. 2. q. 11.* Concessis privilegiis Academi-
as constituere ad regalia majora pertinere, & auctoritatibus & usu
communi probat *Sixt. de Regal. c. 2. n. 21. Rosenth. de feud. lib. 1. c.*
5. concl. 12. Et quod solus Imp. confirmare possit Academ. probat
ord. Cam. p. 1. tit. 3. At hic sunt Pontificii assentatores, qui pro Aca-
demiis non habendas clamitant eas, quæ Pontificis confirmatione
& privilegiis munitæ non sunt: quod sc. & hic supremam cum
Imperatore potestatem habeat *c. duo sunt 10. dist. 96.* & Imp. ex con-
firmatione Pontificis Imperator sit & regalia habeat. *Valent. Rot-*
mar. in annalibus Acad. Ingolst. p. 1. pag. 35. Magna ignominia nota.
Sacerdotium in divinis ministrat, imperium humanis præsidet;
novit hæc distingvere *Justin. in N. 6.* & ipse Pontifex in *c. cum ad ve-*
rum. 6. dist. 96. actis propriis & distinctis officia hæc discernenda,
nec à Pontifice jura imperatoria usurpanda monet. *Sceptro tibi o-*
pus non est, inquit Bernh. ad Eugenium Pap. alio jure Principatum habe-
as, apostolico non habes. Pontifex nec jurisdictionem temporalem,
nec regalia habet, *P. Martyr in locis com. class. 4. loco. 13.* (sunt qui
Pontifici Regalia tribuunt, non quidem ut Pontifici, sed ut Prin-
cipi seculari. Verùm hoc nihil ad nostram quæstionem. Habeat
regalia in suis Principatibus, non in Imp. Rom.) Num ergo Imp.
regalia dependere possunt à nutu Pontificis? Habet & exercet ea
Imp. jure proprio; Et ut ex ipsa electione statim nomen Imperato-
ris assumit ita quoq; omnia jura imperatoria consequitur, nec vo-
to Pontificis vel illius coronatione opus habet. *Obr. de regal. th. 20.*
ut Ludovicus Bavarus apertè constituit Francofurti 8. August. An-
no 1338. dicens, se de consilio & consensu Electorum & aliorum
Principum declarare, quòd imperialis dignitas & potestas sit à so-
lo Deo, & quòd de jure & imperii consuetudine approbata post-
quam aliquis eligitur in Imperatorem vel Regem ab Electoribus
concorditer vel majori parte eorum, statim ex ipsa electione sit ve-
rus Rex & Imp. Rom. nominandus & censendus: quæ constitutio
recensetur passim ab *Aventino l. 8. f. 400. Mutio. l. 24. f. 236. Schar-*
lib. sing. de elect. orig. t. 4. Nauclero generat. 45. f. 1001. Henrico Mona-
cho in Rebdorff Annal. ad annum 1339. f. 426. tom. 1. German. script.
Marq. Freheri. ubi subjicitur epistola Electorum ad Papam Benedi-
ctum ejusdem argumenti. *vid. Heig. p. 1. q. 3. n. 56.* Unde rectè po-
steriores Impp. coronationem neglexerunt, & nihilominus & ti-
tulum

etiam & jura Imperatoria habuerunt, ut: *Maximil. I. Ferdinandus, Maximilianus II. Rudolphus II.* Nihil n. novi juris Imperatoribus præter electione quæsitum obringit. *vid. Knuth. de Saxon. non prov. priv. c. 1. n. 31. & seqq.*

Q U Æ S T I O II.

In Academiis ergò non confirmatis à Pontifice poteruntne Doctores U. Juris creati?

A C A D E M I Æ, quæ ab Imperatore absq; Pontificis confirmatione institutæ, (ut & illæ, quæ à Pontifice discesserunt,) veteræ Academiæ sunt, & privilegiis academicis uti possunt, *ut dictum.* Possunt & supremos conferre gradus & Doctoris titulos; hæc enim in re potissimum Academiarum privilegia consistunt. *Thol. 18. de Rep. 9.* Et quidni Imp. solus Academiis tribuere possit potestatem conferendi dignitatem doctorem, cum ipse principium & origo omnis dignitatis in jure perhibeatur. *l. 1. de ambit. l. 1. de const. princip. l. 5. C. de divers. rescript. & pragmat. sanct. ejusq; proprium sit. in conferendis dignitatibus liberalitatem exercere. Cravet. conf. 44. n. 16.* Benè ergò & hac potestate utuntur dictæ Academiæ, & utuntur non nomine proprio sed Imperatoris, non v. Pontificis; utpote à quo nobilitates & dignitates seculares non dependent. Fatentur ipsi Pontificii, Imperatorem creare posse Doctorem etiam in jure Canonico, tamen illius juris auctoritatem penes solos Pontifices sitam esse velint. *Br. & alii in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit. & fid. cath. Hart. Harm. in pr. obs. 33. de matrim. obs. 6. in f.* Aliud est alicujus juris auctoritatem sibi vindicare; aliud illius juris cognitioni & scientiæ præmia & honores decernere & constituere. Quid? quod jure Pontificio non utamur propter auctoritatem Pontificum, sed propter temporis cursum, & vim usus longævi ac consuetudinis? ut ait alibi *Gædd. Eberhard. à Weibe in orat. de jur. Canon.* Sunt quidam qui hos Doctores in Camera non admitti tradunt, sed hi factum respiciunt, non jus: Quod apertè probat *ordinat. cam. p. 1. tit. 3.* Imò sunt exempla in contrarium: Accipe duo illustria Dnn. *D. Hartlieb. & D. Pistorii*, qui Marpurgi gradu Doctoratus insigniti: Quorum ille Assessor fuit & jam Argentorati Syndicum agit celeberrimum: Hic etiamnum procuratorem & advocatum cameræ.

6. Edi

6. Edidit Imp. hanc constitutionem non solus, sed habito consilio Episcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum & aliorum Procerum regni.

7. Benè: Agebatur enim de novis privilegiis concedendis, quod sine nova & evidenti utilitate fieri non debet: *l. ius singulare. 16. de ll. l. in rebus 2. de consit. Princip.* & quod cum consilio ordinatur ad amplitudinem imperii redundat. *l. humanum 8. C. de ll. & consit. Princip.* Consilii commoda plurima ex *Rebuff. hic* petenda.

8. Fuerunt ergò *ὄνεγοι & Ecclesiastici*, ut Episcopi, Abates: & *seculares*, ut Duces (sunt qui de ducatu investiti sunt. 2. F. 10.) *Judices* (non pedanei sed magistratus, ut in *l. si iudex 47. de Minor. & rubr. C. de jurisd.*) *Proceres sacri palatii* h. e. qui præcipui in sacro palatio, qui in consistorio Principis judicant, *l. ult. §. in his C. de temp. appellat. l. ult. C. quand. provoc. non est neceß. Nov. 23. c. 2. d. l. 8. C. de consit. Princ.*

QUÆSTIO III.

In lege itaq; ferenda adhibendine à Principe Consilarii?

Licet tam Conditor quam Interpres legum solus Imp. justè existimetur. *l. f. C. de ll. humanum tn. est*, & ad imperii beatitudinem atq; Imperatoris gloriam redundat, ut quod formam generalem & antiquis legibus non insertam exposcit, à Proceribus sacri palatii gloriosissimoq; Senatu prius tractetur, ut horū consensus Imperatoriæ serenitatis autoritate firmetur. *l. humanum 8. C. de ll. Sapientia n. propria nimis rara in purpura: Lips. 3. polit. 2. Dii rarissime summam fortunam & mentem prudentissimam conjungunt Livius.* Plures communicato consilio melius certiusq; judicant, quam singuli. Habent enim singuli quasdam prudentiæ particularas, quæ simul collatæ unam excellentem faciunt. *Bodin. 4. de Rep. 4. Salus ubi multa consilia, inquit Sapiens prov. 11. Et Aristoteles, Resp. benè constituta in tribus potissimum consistit, consiliis, imperiis, judiciis, 4. polit. 14.* Proindeq; lex à *Papiniano & Demosth.* definitur, non viri prudentis, sed virorum prudentum consilium. *l. 1. & 2. de ll. vid. Don. 18. comm. 2.* Et laudatur Alexander Severus, quòd nullam constitutionem sacravit sine viginti Jurisperi-

peritis, *auth. Lampridio*, Commodus Imp. quamdiu Consiliarios Parentis Marci itidem Imperatoris audiret, verè erat Commodus. *Idem in Commod.* Alia exempla habet *Tholof. 24. de Rep. 4.* Adde *Innocent. Gentil. de regno rectè admin. lib. 1. theor. 1. Hippol. de Coll. tr. de Princip. c. 9. Bodin. 3. de Rep. 1.*

QUÆSTIO IV.

At num & Ecclesiasticas personas in consilium adhibebit Princeps in causis civilibus?

IN hac Auth. nostra adhibiti sunt Ecclesiastici; sed ibi de negotio tractatum, cujus notio data Ecclesiastico. *Pac. bic.* Alii; quòd Academicarum causa inter sacras & piàs referatur, *vid. Scip. Gent. de jurid. 3. c. 18.* Rectè Justinianus noster. Sacerdotium divinis ministrat, imperium humanis præfider. *Nov. 6.* absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & Clericis opprobrium est, si peritos se velint disputationum esse forensium. *l. consulta 23. C. de testam.* Nemo enim militans, DEO implicet se negotiis secularibus. *2. ad Tim. 2. v. 4. 2. feud. 109. c. cum ad verum. 6. dist. 96.* quare & Christus aditus familiæ herciscundæ Judex, repudiavit cognitionem, & ad Magistratum remisit. *Luc. 12. 11.* Religio in theatro civili non sedet, profanas & seculares causas non agit, politices leges non condit. *Casa 4. polit. 15.* Taceo quod unum uni rei gerendæ idoneum esse multum sit, *test. Arist. 6. polit. 2.* Et pessimus ejusmodi consilia sequi soleat exitus. Johannes Funccius, propter consilia politica ad supplicium ductus reliquit hos versiculos:

Disce meo exemplo mandato munere fungi,

Et fuge ceu pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

9. Constitutio hac non sine diligenti inquisitione & examinatione edita: Unde causæ impulsivæ apparent.

10. Respectu Principis fuit, quia scilicet beneficentibus beneficiendum natura monet, *l. sed etsi 21. §. consuluit. 11. de petit. hered.* præsertim v. hoc convenit Principi, cujus est procurare Reipubl. commoda, & protegere eos, qui eam sua ornant scientia, secundum hanc Auth.

11. Respectu Scholarium impulsiva varia est.

12. Pri-

12. *Prima à beneficiis, quæ à Scholaribus in Remp. redun-
dant*, dum eorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obe-
diendum Deo & Principibus, ejus ministris vita subjectorum in-
formatur. Digni itaq; ut vicissim beneficio principali afficiantur.
*arg. d. l. sed et si. 25. §. 11. de hered. petie. l. 2. §. 9. in f. C. de offic. Prae-
fecti. prætor. Afric. l. 4. C. de stat. & imagin. l. 4. C. de Quæstor. lib. 12.*

13. *Secunda, Quod amore scientiæ fiant exules.* Peregrini, ut
ait Plato *5. de ll. cum amicis cognatisq; careant, majorè apud Deum
& homines merentur misericordiam.* Unde Pythagoras dicebat,
peregrinum virum justum, nõ modo cive sed etiã cognato majoris
faciendum esse. Dura à parentibus separatio, ab amicis & consan-
guineis absentia *l. 11. C. Com. utr. judic. Durum carissimæ patriæ reli-
ctæ temporale exilium l. 101. de leg. 3. Dura inter homines ignotos
conversatio, ut si in morbum inciderint, nullum ferè habeant, cui
possint se tutò committere, si clade aliqua afficiantur nullum in-
veniant qui opem adferre velit. Digni itaq; studiosi speciali cura &
privilegio ob exilium tale spontaneum & amore scientiæ susce-
ptum, l. 17. Si cert. pet. Nov. 86. in pr.*

14. *Tertia: Quòd de divitibus pauperes*: h. e. quamvis facul-
tatibus abundant in patria, tamen dum peregrinantur, sæpè ino-
piam experiùtur: vel ut alii explicant, fiunt pauperes ob bona in pa-
tria relicta, quæ ut plurimum absente Domino negliguntur. Anaxa-
goras Philosophus cum dives esset, de studio reverius possessiones
inveniens desertas dixit: *Salvus non essem, nisi ista perissem.* Item
ob multas & magnas impensas faciendas in iter, in libros, in
victum & q; variis modis bonis Scholarium inhient homines per-
versi: Hinc Rebuff. *hic f. 670. dicit: Si Philosophi vacuum invenire
vequeunt, in crumenis Scholarium invenient.*

QUÆSTIO V.

An Scholarem nominans pauperem injuriarum
actione teneatur?

Negant quidam *arg. h. auth. ubi dicitur, quòd pauperes sint, ve-
ritas a. convitiu excusat injuriantem § injuria Inst. de injur.* Re-
buff. distingvit: Si inopem nominet vel mendicum, teneris; si pau-
perem, non item. At quid ni teneatur, si animo injuriandi hoc

B

fiat.

fiat, l. si Creditores 16. in f. de privil. Credit. l. 1. in f. qui satisd. cog. l. 19. de injur. Animus est qui attendi debet, l. si non convitii C. de injur. l. verum de furt. Et existimationi dignitatiq; alicujus officere paupertatis objectionem, patet ex d. l. 16. §. fin. de priv. Cred. c. si quis. 8. de testib. l. 6. C. de susp. tut. Nov. 90. c. 1. l. 3. de testib. quod autem ad existimationem alterius lædendam obijcitur, injuria est. l. 15. §. 5. & §. 27. de injur. Harpr. tr. crim. §. 1. n. 65. de injur. Exilium studiosorum ut laudabile est, sic & eorum paupertas, utrunq; amore scientiæ & spontè eligerunt, scientes præmia non de futura. Nov. 1. & §. fin. pram. Instur.

15. *Quarta à laboribus: Semet ipsos exinaniant;* Repete amore scientiæ; exinaniant v. se studiis, vigiliis: Unde ægritudines quandoq; mentis alienationes. Clem. exivi. §. licet. de V. S.

16. *Quinta à periculis, quibus vitam exponere coguntur;* scilicet in itinere, quod terrâ mariq; suscipiendum, & læpius per loca insidiola eundum. l. 3. de don. caus. mort. l. 2. §. 3. si quis caus. Nec non in ipsis studiorum locis, fortè ob pestem. &c.

17. *Sexta ab injuriis, quas quandoq; perferre coguntur;* Et quæ graviores, tum quod inferantur à personis vilissimis §. atrox. Inst. de injur. tum quod corporaliter l. Prator. 7. §. f. de injur. tum quod sine causa l. fin. C. de offic. Magist. offic. Ex his miseratione & speciali defensione atq; singulari privilegio Scholares digni judicati.

18. *Sequitur in auth. Omnibus qui causa studiorum peregrinantur maxime divinarum & sacrarum legū Professorib. hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus. Scholares ergo sunt, quibus constitutione hac cavetur: iig. cujuscunq; facultatis, verb. omnibus, verb. studiorum, verb. maxime.*

19. *Scholares non solum accipiendi qui discunt, sed qui docent, verb. Professoribus.* Sic n. passim in postremis libris Codicis vocantur, qui in aliqua schola locum tenent. Ut & Professores qui audiendo vel studendo, & non tantum docendo profitentur. rubr. C. de Profess. & Medic. lib. 10. Doctores Philosophiæ Philosophi seu Studiosi nomen non averfantur: Et à Pomponio J Cro illud Ciceronis discendi cupiditate usurpatum habetur: *Etiamsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* l. apud 20. de fideicom. libert.

20. *Dicit: Maximè sacrarum legum Professoribus, quibus
verbis ll. Studiosis & Professoribus aliquam præ aliis prærogati-
vam tribuere videtur Imperator. Inde Doctores Juris, Medi-
cinæ Doctores præferri cum nostris colligere nostrum non est.*

QUÆSTIO VI.

Dubium: Num ad eos pertineat constitutio, qui
literis operam dant, vel docent in patria?

Negantium partes tuentur *Br. Sicard. Pac. hic.* moventur ver-
bo: *Qui peregrinantur, verb. exules,* & quòd constitutio lo-
quatur de iis, qui ut peregrini sæpè injurias sine causa patiuntur.
Peregrini damnis & periculis se exponunt, Cives non faciunt. Mi-
lites domi quiescentes non gaudent privilegiis Militum. *l. pen. C.
de testam. Milit. l. milites. 15. C. eod. t.* At bonum argumentum à
Militè ad Scholarem. *arg. l. advocatos, 2. C. de advocat. divers. Jud.*
Adde, quòd privilegium contra repressalias non potest effectum
habere in horum personâ. E. nec datum eis censetur, & per con-
seq. nec reliqua. Imperator n. iisdem personis ea concedit; privile-
gia strictè accipienda, alibi dicitur. *c. literas. de fil. presbyt.* Sunt qui
distingunt inter Laicos & Clericos. *Bolong. hic.* At rectè affirmatur
indistinctè, quia *in vers. hac igitur.* de scholaribus in genere loquitur
Imp. E. & generaliter intelligèdus, *arg. l. precario de Publician.* Pri-
vilegia Principum amplianda potius quàm restringenda. Particu-
la, *qui* non semper restringit. *not. Dd. in §. jus a. Instit. de J. N.
G. & C.* Et nec Scholaribus tantum proficiscèntibus consulitur hîc
sed etiam in Academia habitantibus, conceditur iis non securum
modò iter, sed & segura habitatio *verb. habitent.* Datur Scholaribus
non tam quia proficiscèntur, quàm quia sunt Scholares. *d. vers. hac
igitur.* Omnes bona facientes protectionem Imperatoriam meren-
tur: & horum scientia illuminatur mundus: & hi studendo se exi-
niant. Cùm itaq; plures sint rationes, quæ in dictis Professori-
bus & Studiosis locum habeant, licèt una atq; altera cesset, non
cessabit constitutio, *arg. eorum, qua notant Dd. in §. affinitatù 6. In-
stit. de nupt.* Imò alibi lex magis favet proficèntibus in patriâ,
quàm extra patriam. *§. item Roma. 15. Inst. de excus. Tur.*

QUÆSTIO VII.

Num ad eos, qui literis operam dant in civitate proscripta?

Negant Dd. comm. arg. b. auth. ibi: in quibus literarum exercentur. Item per c. ruse. de Cleric. non resid. hi. n. literis operam dant in loco illicito; quod a. contra jus fit, auxilium seu privilegium non meretur. l. 37. de minoribus. Et ejusmodi civitas cum habeatur pro mortua. Honorius in c. graves de sentent. ex commun. Privilegiorum capax esse nequit. c. privilegium. 7. de R. J. in 6.

QUÆSTIO IIX.

Quid si per quinquennium Academiis & studiis abfuerint, num adhuc privilegiis hisce gaudebunt?

Negant Dd. comm. per l. 2. C. de primicer. l. 2. & 3. C. de commentar. l. 3. C. de domestic. lib. 12. ubi addunt Imperatores. Indignum quippe est, desides à propriis tamdiu munus aberrantes, quos esse convenit assiduos numerari. (Inveter. legitur: aberrasse, quos convenit assiduos numerari) per illud tempus regulariter immunitas concessa intelligitur, c. ult. ubi gl. verb. per quinq. annos. ext. de heretic. Addit Rebuffus priv. 35, quod intra quinquennium hi videantur retinere animum revertendi. arg. l. postlimii. 5. in f. de captiv. §. Pavonum Inst. de R. D.

21. Nuncios quoq. Scholarium comprehendit constitutio. At benè Donellus, hoc non tam Nunciis quàm ipsis Scholaribus tribui, asserit.

QUÆSTIO IX.

Num idem ad famulos aliosq. quos in familia habent, puta Conjuges, liberos, extendi potest?

Utq. Privilegia n. rectè ad personas accessorias, sine quib. exerceri non possunt, extenduntur, c. cui licet 53. ubi Dynus. de R. J. in

J. in 6. l. in omnibus causis. ff. eod. l. 2. d. jurisd. Rebuff. priv. 165. Vult etiam Imperator, ut tuto habitent. E. non ut soli, sed & cum iis cum quibus est habitandum, l. 2. & seq. de us. & habitat. Similiter privilegia non tantum Clericis, sed & ipsorum Conjugib. (*Nota, Clerici olim conjugati*) liberis & ministris tributa sunt. l. 2. C. de Ep. & Cleric. facit c. per exemptionem 9. de privil. in 6. l. 24. §. 1. de judic. Rebuff. priv. 166. De uxore & liberis est text. in l. Medicos: 6. C. de profess. & Medic. Uxor n. est unum & idem cum Marito, & ex ipsius persona æstimatur. *Menoib. de arb. quest. cas. 379. n. 4.* Huc facit l. 1. de injur. Et quis Academicorum adeo rigorosus erit Censor, ut sicut Clerici conjugati beneficiis suis privantur, quod in horum conversatione cythara cum psalterio malè concordet c. diversis 5. de Cleric. conjugat: sic & istis vel matrimonio interdicit, vel conjugatos privilegiis studiosorum ob hoc ipsum spoliat: Licet à studiis avocamentum qualecunq; inde oriatur. *Marianus Socinus*, cum minus solito literis operam daret, ob id reprehensus, respondit: *Ideo jam minus libros volvo, quia uxorem duxi.* Rursus interpellatus, cur Socrates uxoratus non itidem Philosophiæ studia neglexisset? *Xantippe*, ait, *morosa fuit & deformis: mea v. uxor proba est & formâ decenti.*

QUÆSTIO X.

Num idem ad Parentes, Fratres, Filium, Fratremve in Academiis visitantes?

Affirmant & hoc *Dd arg. l. 2. 3. & seqq. de us. & habit.* & quod in l. scimus. 22. C. de Agric. & censit. dicatur: Parentes, fratres, & c. videri quodammodo partes nostri corporis: studia promoventur, si Fratres, filios visitent, tum ut videant, an libris vacent, tum ut pecunias, nervos studiorum ipsis deferant. Possunt dicere Scholares: qui vos tangit, nos tangit; qui vos impedit, nos impedit; vita vestra, nostra vita. *Rebuff. priv. 78.*

22. *Causa finalis subsequitur; que est, ut ad loca in quibus exercentur literarum studia tam ipsi quam eorum Nuncii veniant, & in eis habitent securè.* In hunc n. finem ipsis beneficium hujus constitutionis indulgetur; per eamq; fit ut venire & habitare securè sine periculo Scholares possint.

B 3

Quæst. XI.

Q U Æ S T I O XI.

Veniant, inquit Imperator, quid ergò si abeant?

ET ipsis abeuntibus privilegia hæc minimè deneganda, cum verbo generali *peregrinantibus* utatur Imp. *in pr.* Nec minus studiorum causa peregrinantur, qui discedunt, quàm qui veniunt ad Academias; sicut Reip. causa abesse intelligitur, qui ab eo negotio revertitur. *l. 4. de vacat. & excus. muner. l. 35. ex quibus caus. major.* Cui concessum est privilegium in eundo, eidem videtur quoque concessum in redeundo. *Sich. hic n. 10.* Nemo rectè dicitur posse securè venire, nisi possit quoque securè redire. *l. sciendum 4. de legation. l. & sciendum. 6. ad Trebell. facit c. statutum §. præsferendo. de re script. in 6. l. i. C. de navicular. lib. 11. Rebuff. priv. 151.* Et qui vult finem vult & media tendentia ad finem: Imp. ideò hæc privilegia concedit Scholaribus, ut horum scientia juvetur Resp. E. Scholaribus dum hæc rationem exequitendunt, deneganda illa minimè erunt.

Q U Æ S T I O XII.

An Scholares liberi à solutione vectigalium?

Optimum est hac quoque in re juvare studia scholarium; sed ex quo fundamento? Communiter ex *hac auth. verb. veniant securè.* Non facit iter securè satis, qui vectigalibus & similibus oneribus gravatur. Et si idem tribueret Constit. scholaribus quod omnibus tributum jure communi. *l. 13. de offic. pref. §. juru præcepta. Inst. de Just. & J. quale esset privilegium? l. unc. C. de thesauri. arg. l. si quando 109. de leg. 1.* At diximus verbis his speciale privilegium non tribui, sed finem constitutionis & privilegiorum hac Constit. indultorum denotari. Et licèt in genere ita caveretur, haberent adhuc publicani quod studiosis *auth. hanc, habita* citantibus, respondere suo more possint; *habita* ubi vis & solve vectigal. *Hor. Luc. priv. 59.* Securitas non impeditur, si ab aliquo exiguntur communes & publicæ præstationes, ut nec debitores eò minus securè vivere intelliguntur, si debitum ab eis exigitur. *Donell. hic, securitas metui & periculo opponitur. l. 1. in pr. de his qui dejec. vel eff. & in studiosis specialiter caveri potest, ob rationem inf. th. 27. positam.* An ex jure communi studiosi defendi possint, videamus. Et sic
jus

jus est, ut ea quæ ad usum proprium deferuntur immunitate vectigalium gaudeant *l. 5. C. de vectigal.* quo etiam pertinet *l. 4. §. 1. l. 16. §. 9. de publ. & vect. l. 203. de V. S. Cujac. 14. obs. 3.* At libri studiosorum in usum proprium deferuntur. Displicet hoc *Sixtin. in tr. de Regalib. c. 8. n. 85.* quod illud tantum ad usum proprium deferri dicatur quod victus sui causa ab aliquo comparatum est, secundum interpretationem *Alpheni in d. l. 203. de V. S. & l. 28. de auro & arg. legat.* Sed quid victus causa habetur? Explicatur hoc *in l. 43. & seq. & ab ipso Alpheni in d. l. 203. de V. S.* At num ita explicatur ut comprehendantur ea, quæ ad animi cultum h. e. artium liberalium institutionem, ut sunt libri, pertineant? Negant *Alciat. Forn. Gæd. in dd. ll. ex l. legatis. 6. de alimentis legatis.* & quod liberalium artium cognitio non sit ad hoc inventa ut victum ea quareremus *l. 1. de var. & extr. cognit.* At tentari posset, quod & libri ad eas res hic referri possint, quæ victus causa habeantur; cum & animi institutio atq; studia liberalia ad educationem (cui victus exæquatur *l. fin. C. de alim. pup. præs.*) pertineant *l. ult. C. de alim. pup. præs. l. filium. & ibi Bl. ff. ubi pup. educari deb. l. Macedoniani ad SC. Maced. l. de bonis. §. non solum & ibi Br. de Carb. edicto. l. 50. fam. hercis. V. Schneid. in fin. præm. Inst.* At sunt qui consuetudine inductum dicunt ut etiam pro rebus usualib. vectigal solvatur; In vectigalib. autem consuetudo spectanda *l. 4. §. 1. de vectigalib.* Sed probent prius eam contra studiosos receptam. Habent enim hi pro se jus commune, & cessat in iis causa vectigalium inductiva, nempe causa negotiationis *c. quamquam. de censibus in 6. cl. ult. eod. Trentl. p. 2. disp. 18. th. f. Imò Dd. testantur omnes, eam contra studiosos non esse receptam. Köppen. q. 50.* Si cui ex jure communi defendere hoc integrum non est, vel habeat *l. Medicos C. de profess. & medic. l. univ. C. de Alexandria Primatibus vel ex d. l. 5. C. de vectig.* uti poterit cum quibusdam Dd. argumento ex vocabulo *juris exercendi* causa: Rectius tamen *ibi* legimus *ruris exercendi.* Et sic habemus argumentum melius: Quod ruri tribuitur, merito & studiis tribui debet; studiosorum causa non minus favorabilis quam agriculturæ: Ideoq; ob summum favorem idem jus in utroq; casu statui debet *arg. l. illud. ad L. Aquil.* Ulterius argumentamur: Si rerum exercitui paratarum vectigal non solvitur, ut hac immunitatis illecebra ad com meatus castrensium rationem excitentur mercatores, & ita publicum bonum pro-

promoveatur l. 9. §. 7. de public. Quidni & librorum rerumq; ad rogatam militiam pertinentium? Et studiosi non minus literis defendunt Remp. quàm milites armis l. 5. C. de advoc. divers. Et studiosi præmiis allici, & incitari debent arg. §. fin. in proam. Inst. Si item navicularii qui publicæ annonæ serviunt, à vestigalib. immunes sunt l. 1. C. de navicul. lib. 11. quod remuneranda sint pericula eorum & ornanda præmiis, ut qui peregrè munerib. publicis, & quidem cum periculo & labore funguntur, sicut inquit *Calistratus in l. semper. §. licet. ff. de jure immunitatù.* Quidni idem de studiosis dici poterit qui non minori cum periculo & labore studiorum causa (quæ non minus publica est) peregrinantur? Quis & horum non misereatur qui amore scientiæ exules facti, de divitibus, pauperes? Quis & hos neget publicæ annonæ inservire, dum mercaturam exercent bonarum artium, quib. Resp. tanquam Athlante quodam fulcita nititur: Dum ipsorum scientia totus illuminatur mundus & vita subjectorum regitur & c? Absens studiorum causa, Reip. causa absenti comparatur alibi, l. nec non. 28. ex quibus caus. major. Dd. in l. 2. §. legatis. de judiciis. Covarr. pract. quest. 6. §. n. 1. circ. f.

23. Hactenus proœmium: Sequitur **LEGISLATIO**, seu **CONCESSIO PRIVILEGII**, quod versatur circa securitatem corporis, fama, fortuna; circa jurisdictionem seu Judices proprios, eorumq; electionem.

24. Quatuor ergò hujus privilegii observanda capita.

25. Primum caveri, ut nullus tam audax inveniat, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præsumat.

26. Aliquam injuriam, inquit, prohibetur ergò & atroxe & minima: & realis & verbalis. arg. l. ex mille 64. §. ceterum. 3. de evict. l. 1. de injur.

27. At quale hoc privilegium, dicat quis, cum jure communi idem & in omnibus personis cautum sit? Sed responsio ex Ulpiano in l. 15. §. 26. de injur. & l. 3. §. 1. Naut. & Caup. & c. petenda, Imperatorem voluisse etiam specialiter ea de re loqui, ut innotesceret, eum curam agere reprimeudz improbitatis hujuscemodi. Et ea, quæ

quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta Jura etiam malè observata per privilegia renovantur c. 2. de treuga & pace.

28. *Est etiam privilegium ratione pœna, quæ injuriam inferenti, & quæ Judici injuriam vindicare negligenti imponitur: Privilegium autem novum dicitur & illud, quando aliquid saltem est additum. Cacheran. decis. 23. n. 26.*

29. *Immò vigore hujus constitutionis, Judex de injuria studioso illatà ex officio inquirere, & inferentem eam sine Accusatore punire, secundum Mattarell. & Bl. tenetur.*

30. *At quis inquiret? Rector (hoc est, Magistratus) loci, ait constitutio. Non g. Rector Universitatis, non Episcopus: nisi Studiosus studioso injuriam intulerit. Pac. hic.*

31. *Alterum privilegij caput cavet ne ob alterius cujuscunq; provincie delictum sive debitum aliquod damnum eis inferatur.*

32. *Addit. Hoc aliquando ex perversa consuetudine factum: Erat enim mos multis in locis, ut alius ob denegatam justitiam in exteris provinciis pro alio conveniretur & detineretur.*

33. *Quem morem aliqui à Græcorum ἀνδορνησία Gail. de pign. c. 2. Stephan. de jurid. Græcor. c. 9. alij à clarigatione Latinorum. Budæus in l. aut facta. 16. §. eventus. 8. de pœni. Alciat. in l. 190. n. 5. de V. S. Adr. Turneb. advers. lib. 21. c. 1. Heig. p. 1. q. 12. n. 12. deducant: Gallis jus marguæ quòd in limitibus potissimum exerceatur Bodin. 1. de Rep. 10. pignorationes vulgò c. un. de injur. in 6. & in d. Longobardicis. Vocantur & repræsalia àprehendendo. d. c. 1. de injur. in 6. Heig d. loc. vel reprimendo: alijs à verbo Gallico reprendre, vel Reprise, quod est iterum pro re sua accipere & injuriam in damno & facto consistentem postulare & resarcire Alijs repræsalia à representatione aliorum, quod sc. detenti repræsenter personas eorum, qui peritiori jus & justitiam denegarunt. Cöler p. 1. process. exec. c. 2. n. 269.*

34. *Et hic mos licet sæpius prohibitus fuerit. l. un. C. ut null. ex vican. pro alien. vican. teneat. Nov. 52. c. j. & 134. Nunquam tñ penitus:*

C

penitus aboleri potuit, sed sepius in usum contraria consuetudine
revocatus ut speciali in Clericis in c. un. de injur. in 6. & Studiosis
in hac auth. prohibitionem opus fuerit.

QUÆSTIO XIII.

Ang. consuetudo, quæ repressalias permittit omni
ratione destituitur :

Sic quidam ex hac præsertim auth. ibi: *prava consuetudine* colligunt. At hic nominatur prava, non simpliciter, sed quatenus contra Studiosos exercetur. Placet ergo Dd. hanc consuetudinem, suis tamen limitibus circumscriptam, eadem ratione probari, quâ belli indictionem c. dominus. 22. q. 3. Heig. p. 1. q. 12. n. 21. & 26. ubi duo habet requisita: V. Mynf. 6. obs. 1. Gail. 1. obs. 28. Quia tunc agitur in Concives Reip. domini denegantis justitiam, ut in noxios & debitores & hostes, qui patiuntur injurias inter se ali nutrivè & aliena retinent l. 24. de capt. & postl. l. 25. §. culpe locati. Dominus qui illicitè retenta (requiritur enim debitum liquidum. Wesf. conf. 46. n. 22.) restituere legitime petita denegat, vel injurias patitur peregrinorum in sua ditione inultas (requiritur enim ut justitia ab eo qui non habet superiorem aperte sit denegata, daß das Recht dem Supplicanten kündigt ver sagt worden / Gail. d. obs. 28.) ad justum & restitutionem vi & manu militari adigitur. arg. l. 68. de R. V. c. 19. 11. q. 11. P. Greg. lib. 39. Synt. c. 8. Adducit Bartolus. l. si judices C. de navicul. lib. 11. Jus civile concedit nobis ipsis jus dicendi facultatem, si judicis copia haberi nequit. l. generali C. de decurion. lib. 10. l. ait Prator. §. si quis. de his. qui in fraud. Debit. Magistrat. etiam permittens repressalias succedit in locū Judicis cōpetentis justitiam non exhibentis Br. tr. de repress. q. 2. n. 4. Et qui causam repressalijs dedit, damnnum ex illis passo omnem rescarcire tenetur, quod indubitatum ait Vivius 2. comm. opin. 35. Vid. Coler. p. 1. de proc. execut. c. 2. n. 269. & seqq. Gail. de pignor. lib. sing. c. 2. Knich. de jure Sax. verbo Ducum. c. 5. n. 447. & ibi quæsitum: An in imperio Rom. repressalia concedi possint? Wesf. conf. 46.

35. Tertium caput Scholasticis conventis proprios, qui futuri sint illis æqui & favorabiliores tribuit Judices. Vulgus enim odio prosequi solet studiosos Thol. 18. de Rep. c. 10. 36. As

36. *At qui sunt isti Judices?* eos coram Domino vel Magistro suo vel Episcopo civitatis, quib hanc jurisdictionem dedimus, convenient. inquit Imp.

37. *Doctores hic tres Judices dari statuunt:* Dominum, Episcopum loci & Magistrum: *Et ex his quidam per Dominum intelligunt Rectorem Universitatis.* arg. l. f. C. de jurisd. omn. jud. Quod Rector Universitatis simpliciter dicatur Dominus in Universitate Rebuff. hic.

38. *Quidam v. Dominum civitatis, hoc est, Praesidem illius civitatis aut provinciae, in qua est universitas, ut in proem. D. §. pen.*

39. *Aliter Gl. hic quae per Dominum intelligit professorem legum, per Magistrum v. alterius facultatis.*

40. *Rectius sentire videntur, qui conjungenda & pro eodem accipienda dicunt verba:* Domino vel Magistro, Eo quod Magistri & Professores Domini vocentur, & ipsi Doctores Magistri. l. si adibus 32. de damno infect. l. qualem. 19. §. f. de recept. arbitr. Pac. hic.

41. *Habebunt itaq, Studiosi ex h. auth. duos Judices, Professorem seu Doctorem, & Episcopum civitatis.*

42. *(Hujus exemplo se munit Theologi nostri in fungendo Rectoris Academici munere, cum rationibus, quibus contra Donelli impetus se defendere possint, non destituantur. v. Gent. de jurisd. lib. 3.)*

43. *Illis autem ex proemio. D. §. pen. Magistratum loci addendum putat subard. alij Rectorem universitatis. ex l. fin. C. de jurisd.*

44. *Dicendum potius cum Duareno, Rectorem universitatis in professorum seu Magistrorum locum succedere.*

Q U A E S T I O XIV.

Annon ergo Studiosi Magistratum ordinarium urbis sibi Judicem habere possunt?

SI coram Professore vel Episcopo conveniatur Studiosus, non potest eligere Magistratum loci, ut coram eo conveniatur. Datur enim *hac constit.* electio Judicis sed nominatim unius ex his duobus, Professoris sc. vel Episcopi; Et proinde manebit hic regula posita in *l. heres. §. ult. de judic.* *At quid si ad Magistratum loci vocetur Studiosus?* Ut veniat cogi non potest: *Quid autem si consentiat?* Affirmat *Donell.* eum ibi conveniri posse, quod expressè illius jurisdictioni non sit exemptus, immò subiectus in *§. pen. proœm. D.* qui *§.* expressè correctus non est. Et habet quidem privilegium fori *ex hac auth.* at quilibet præscriptioni fori propter cingulum militiæ vel dignitatis prærogativam competenti renunciare potest *l. pen. C. de pact.* & si consentit, jurisdictioni est *l. j. de judic.* At & negativâ non caret ratione: Constitutio nostra Scholaribus proprios Judices constituit, coram quibus eos conveniri expressè *vult;* dumq; illis Judicibus jurisdictionem ordinariam concedit, eandem Magistratui loci adimere videtur. Immo expressè addit, quod nemo tentare debeat eos trahere ad alium Judicem, non invitò modò, sed & volentes; quippe datur ipsis facultas eligendi Judicem, sed nominatim unum ex illis, quos ponit constitutio; E. alium eligere nequeunt. *Scip. Gentil. de jurid. lib. 3. c. 17.* Privilegium etiam fori Scholaribus concessum dignitati potiùs & ejus nomine concedi videtur, *Cuppener. hic* & sic si unus judicaretur à non suo iudice, injuriam pateretur totus ordo scholasticus, *vid. Rebuff. privileg. 103.* Præterea & aliàs privilegiis quæ nituntur ratione misericordiæ, ut hoc, non potest renunciari, quia renunciatio misericordiæ bonis moribus adversari censetur. *Schrad. de feud. p. 10. c. 2. n. 36.* *Addel. f. C. de jurid.* Ea; sententia hodiè minus habet dubij propter juramentum Rectori Universitatis præstitum, ob quod nemo se jurisdictioni Rectoris subtrahere & alium, ne quidem Episcopum, eligere potest, *ut communiter tradunt Dd.*

QUÆSTIO XV.

Suntne hi Judices ordinarij?

UTiq; *arg. l. & quia de jurid. l. j. de offic. ejus l. j. de ambitu. Sich. hic. n. 16.* Jurisdictionem dedimus, inquit *Imp.* Data ergò non mandata; Et itaq; habetur jure proprio. Data tamen cumulativè non, priva-

privativè, ut loquuntur Dd. c. dudum de prebend. & dign. in 6. vid. Col-
ler. p. 2. c. 1. n. 126. Heig. p. 1. q. 9. n. 20. ut sic Principibus nostris
concurrentem cum Rectore jurisdictionem competere dicendum.

QUÆSTIO XVI.

Possuntne suas sententias executioni mandare?

HAbent jurisdictionem ergo & executionem: quia jurisdic-
tio sine imperio seu executione nulla est. l. ult. de off. ejus. Posito;
Sint delegati non ordinarii: Et delegatus à Principe potest exe-
qui suam sententiam. Dd. in l. 15. de rejud. Cost. in l. 45. §. j. de judic.

QUÆSTIO XVII.

A sententia Rectoris num ad Magistratum loci
appellari possit?

Sic volunt Dd. & Displicer: Imp. enim non distinguit inter pri-
mam instantiam & secundam, sed generaliter verat, ad alium
Judicem Studiosos vocari. Redderetur etiam hac ratione inane
beneficium Principis: Quid enim refert an statim, an post appel-
lationem studiosus ad alium Judicem trahatur. Et interponeretur
appellatio contra ordinem juris five hos Judices ordinarios five
delegatos dicas. Nov. 17. c. 3. in fin. c. dilecti. de appellat. l. 1. 2. qui
quo appell. l. 21. §. 1. de appell.

QUÆSTIO XVIII.

Gaudentne hoc privilegio Studiosi contra pupil-
los, Viduas & similes personas?

NEg. Dd. communiter; Dicunt enim has personas magis esse
privilegiatas, majori miseratione dignas, majoriq; protecti-
one indigentes. Privilegium autem minus cedit majori. l. si apud 12.
de Minor. V. Covarruv. tom. 2. pract. quest. c. 7. Hoc tamen sic expli-
cat Pacius, ut pupillus & vidua non cogantur contra scholarem age-
re coram Episcopo aut Doctore; Interim tamen nec ipse studiosus
à dictis personis ad magistratum oppidanum trahi poterit, sed
Principis erit cognitio. l. un. C. quand. Imp. int. Pup. aut vid.

Q U Æ S T I O XIX.

An in causis reconventionis ?

P Utat quidem *Rebuff. priv. 162.* quod & studiosi agere volentes potestatem habeant reum revocandi ad hos Judices, exemplo Pupillorum, viduarum &c. *l. un. C. quand. Imp. inter pup. vel vid.* At magis est ut cū *Donello* hujusmodi privilegium alijs personis jure civili (*Nam jure speciali dari potest, ut datum studiosis in Academia Leidensi teste Donello*) datum non reperiri, dicamus *27. comm. 20.* Et dantur hi Judices nominatim si agatur contra Scholares, non v. si ipsi agant. Et itaq; in causis reconventionis eos esse Judices negat *Pac. c. 9.* quod hujusmodi concessionem sint strictissimi juris. At rectius affirmat *Sichard. ad l. 14. C. de sent. & interlocut. Jud. per illum textum,* & probatur per *l. 22. de judic. arg. l. 2. §. 5. in f. eod. arg. l. 6. de jurisd. omn. jud. arg. l. 3. C. de judic. c. iniquum. 32. q. 6. c. accusatores. §. cujus. 3. q. 3. r. t. quod quūq; jur. in al. c. j. & t. t. de mutuis petit. c. dispendia. §. f. de rescript. in 6.* Nec mutat, quod quis invitus videatur studiosum convenire coram suo iudice: Quia quivis tenetur sequi forum Rei etiamsi non libenter ibi habeat Judicem. Privilegium non aufert beneficium, quod quis habet ex jure communi. *arg. l. 3. §. si emancipatus. 5. de bon. poss. cont. tab. l. 3. de test. Milit. Rebuff. priv. 160.* Sic & Clerico agenti coram Judice seculari reconventionem jure opponi tradunt *Gail. 1. obs. 17. n. 6. Myns. 2. obs. 67.*

Q U Æ S T I O XX.

Si Studiosus contraxit in patria apud quem erit conveniendus ?

A Napud Magistratum illius loci, in quo Studet ? Affirmat *Sich. per l. hac lege. C. de privileg. Scholar. lib. 12.* At cum nec ratiōe contractus nec ratiōe domicilii iudicem habere potest. An ergo apud Rectorem universitatis ? Negat *Hd. comm. Rebuff. priv. 121. Pac. c. 9. n. 14.* quod habeat quidem privilegium fore, sed id habeat propter locum; Privilegia dantur personæ in factis in loco non extra locum *d. l. hac lege.* Extra locum Academiæ non contrahitur cum scholari tanquam cum scholari. *Br. bic.* Adde; id quod favore alicujus introductum, in alterius odium converti non

non debeat *l. quod favore de R. J.* Ideoq; datio Judicium in hac *Auth.* saltem ad contractus in Academia celebratos restringenda est, *Bolognin. hic. n. 99.* Convenietur ergo studiosus coram Magistratu in patria, & si apud Rectorem in Academia convenitur, exemplo legati poterit domum revocare. *Pac. d. l.* At quid si invertamus, & hoc casu apud Rectorem universitatis studiosum conveniendum dicamus, Et si alibi veniretur eum habere jus revocandi ad Rectorem Academiae tanquam ad suum judicem: Jure quidem communi ex contractu & domicilio quis fortitur forum, jure tamen speciali & ex privilegio quis jurisdictioni alicujus Judicis etiam extra dictos casus subijcitur, ut sunt Magistrat^o, Milites, psonæ miserabiles & studiosi *ex hac Auth. Don. 17. cōm. 20.* Apud Judices ergo in *h. auth.* datos conveniendi Studiosi tum quia ipsis dantur ii Judices: tum quia ita dantur, ut ad alium pertahi nequeant: tum quia ideo dantur, ne aliò ad litigandum abstrahatur, & à studiis suis avocentur. Dicere mavis, eum tēpore nullo modo conveniendū esse?

45. *Jurisdictionem his Judicibus tribuit Imp. Jurisdictionis tres constituenda ex l. 3. de juridict. species: Jurisdictio simplex, mixtum, & merum imperium. Non dua, ut à Cujac. & Obrecht. Nec enim mixtum imperium & jurisdictio simplex confundenda, quasi re ipsa unum & idem sint: Nec quarta species jurisdictio criminalis addenda.*

Q U Æ S T I O XXI.

Jurisdictionem hos Judices *ex hac auth.* habere diximus: An & mixtum imperium?

Negat Longov. in *d. l. 3. de jurid.* Rectius affirmat Muscornus. Diverſæ quidem sunt species, *Jurisdictionis simplex & mixtum imperium*, utraq; per se definitur: nec hoc illius substantia *arg. l. 4. de jurid.* sed tamen illi cohæret *l. 7. de off. ejus. cui.* ita ut sufficientes jurisdictionis sola nervos non habeat nisi modica coercitione adhibita muniatur *l. f. de off. ejus. cui.* Mixtum itaq; imperium jurisdictioni cohæret, non illam constituit, non ei (simplici) inest ut species generi, vel pars toti, seu potius ut consequens antecedenti, *inquit ipse Obrecht. c. 3. n. 21.* Unde à Dionys. *Halicarnas.* consequens Magistratus hoc imperium esse dicitur, qui enim jurisdictionem habet simul

mul hoc imperium quoq; eo ipso & ἐπιπέτως sive per quamdam
concomitantiam accipit *arg. l. 2. de jurid. l. 1. in f. l. f. de offic. ejus*
Valet ergò argumentum: *Rectores Academiarum habent jurisdictionem. E. & mixtum imperium* quia jurisdictione sine modicâ coercitione, (hoc est, imperio, quod non est merum *arg. l. 3. de juridict. ut sic Muscorn.* modicâ coercitionem ad merum imperiũ malè referat: malè etiam *Sigonius 2. de judic. c. 4.* imperium non merum pro jurisdictione accipit, & a mixtò meroq; separet) nulla est. *d. l. f.* hoc est, nullius momenti adversus obedire retractantes, ut loquitur *Põisifex* ad d. verba Pauli alludens in *c. pãtorales. extra de offic. delegati.* vel nulla est respectu personæ; quæ enim habet jurisdictionem, habet & mixtum imperium.

QUÆSTIO XXII.

An & merum imperium?

Merum imperium est, habere gladij potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines, inquit *Ulpian. in d. l. 3. de jurid. d. d.* variè explicant: Gladij verò nomine insigne Magistratus publica exercentis judicia venire dicendum videtur ex *Sigonio lib. 2. de judic. c. 4.* Hasta fuit jurisdictionis insigne; quæstionis seu imperij meri (Quæstio enim exersa Rep. merum imperium est appellata: *Sigon. d. c. 4.*) gladius, *Sigon. de jud. lib. 1. c. 7.* In pecuniarijs hasta erigebatur; in capitalibus gladio posito judicium exercebatur. *Sibr. Tet. Sicc. de judic. centumv. lib. 1. c. 5.* (Gladius est indicina justitiæ, ut terror fontibus incutiatur, infontesq; non fugiat se protectionis clypeo tutos vivere, *vid. Camerar. medit. hist. c. 76. p. 1.*) Competit autem hoc imperium non vi jurisdictionis sed specialis concessionis. *l. 1. de off. ejus.* Inde ad quæstionem nostram: Specialiter in hac aurb. Rectoribus non est concessum, E. ipsis eadẽ non comperit: Non enim sub verbo *jurisdictionis* illud venire potest præsumendum quia hoc non est specialiter concedere, *arg. l. 1. de off. ejus. vid. Scip. Gentil. lib. 2. de jurid. 14.* In generali etiam jurisdictionis concessione merum imperium non tribuitur. *d. l. 1. de off. ejus. arg. l. muto. 6. §. tutoris. 2. de tutel. ratio petenda ex Donello. 17. comm. 9. fol. 38.* Adde: privilegium fori nonquam trahitur in jure Rom. ad causas criminales. *l. 1. c. ubi senat. vel clariss. l. 2. c. de privileg. Scholar. lib. 12. in quo solo fundamentum hujus quæstionis ponit*

ponit Heig. Existimat tñ. *Scip. Gentil. lib. 3. c. 17.* quod merum imperium quidem habeant ex hac auth. at non omnes ejus gradus, sed infimum; quia Doctori hic adjungatur Episcopus, qui verò à sanguine abstinere debet. Sunt sanè Academiæ, quæ & summum meri imperii gradû h.e. jus vitæ & necis habent, sed habent ex specialii privilegio & concessione: tales in Anglia *Oxonienfis*; in Gallia *Pariensis*; in Germania *Lipsensis*, *Tubingensis*, *Ingolstadiensis*.

46. *Quartum caput hujus constit. tribuit Scholaribus Judicum hic datorum electionem: Jure communi competit electio Actori nō Reo. l. 2. §. Scavola de eo quod cert. loc. l. heres §. f. de judiciis.*

Q U Æ S T I O XXIII.

Quæsitum ergò: Num variare possit, & mutare electionem?

Accursus putat, Scholasticum variare posse usq; ad litem contestatam, quod lite contestatâ positus sit finis resiliendi, antè v. quis pœnitere possit: *arg. l. si convenerit. 18. de jurûd. l. sicut dotem §. eo. a. sol. matrim. Sich.* existimat, eum semel tantùm variare posse, *arg. l. si quis 11. C. de reb. cred. & arg. l. non utraq; 3. §. 1. de eo quod cert. loc.* Alii distinguunt, ut antequam vocetur & veniat ad Judicem semel electum, possit ex causa semel variare, *l. si convenerit. 18. de jurûd. & arg. d. l. si quis 11.* postea v. quàm ad eum Judicem venit, non possit ampliùs eum recusare, *auth. offeratur C. de lit. contest. Pac. hic.* Tutius tñ, videtur simpliciter negare, siquidem quoties quis in electione pr. posita duarum rerum, unam eligendo eam sibi acquirat, ampliùs alteram eligere non potest, *l. apud 20. de opt. legat. & unum eligendo videatur recusare alium: nec effugium Reo concedendum ullum, quò minus conveniatur; sæpius autem variando efficeret, ne lis unquam cum eo contestaretur. Multùm huc facit d. auth. offeratur C. de lit. contest.* Et non oportet tibi ampliùs optare quàm semel, *inquit Senec. 24. controv.* Omnis nimia potentia saluberrimè brevitate constringitur. Hodie propter juramentum Rectori propositum hoc vix locum habere privilegium, tradunt.

47. *TERTIUM constitutionis membrum SANCTIO est seu POENA adversus temeratores privilegii sancita.*

48. *Prima ejus pars tum eos qui injuriam vel damnum inferunt*

D runt

runt scholarib. repressaliasve contra eos exercent, tum Magistratum loci, qui hoc vindicare neglexerit, puniri vult. 1. Restitutione rerum ablatarū in quadruplum. 2. Infamix nota ipso jure irrogada, ut verba const. habet. 3. Remotione ab omni dignitate.

QUÆSTIO XXV.

Cui applicetur quadruplum?

PRIVATO, opinor, non fisco: verbo restituatur. Res debet restitui in quadruplum E. cui reseidem & quadruplum cui res inest: Coniunguntur enim simplum & triplum in quadruplo, ita ut cum simplum Scholaris tribuatur, eidem & triplum tribuatur necesse sit. In Scholaris n. favorem privatum hoc ita constitutum. Et hæc pœna adversus eos qui studiosos pro aliis pignoraverūt, jam ante erat constituta auth. omnino. C. ne uxor pro marit. adversos ceteros qui quid scholarib. abstulerunt vel vi vel furto, ut & adversos iudices, pœna nova est. At in d. auth. omnino pœna privato tribuitur E. & hic. arg. l. 9. & seq. de ll.

49. Posterior pars, Is q. ad aliū iudicē scholaris trahere tēta-
verit, etiā si causa justissima fuerit, pro tali conamine cadat, sancit.

QUÆSTIO XXVI.

An actor cadat causa, an instantia tantum?

SUNT qui ab instantia tantum actorem removeri dicunt, reservato agendi jure coram iudice legitimo, propter vulgatam lectionem; à tali conamine cadat. Reb. hic. Rectius Siob. Don. Causa eum cadere arbitrantur. Quia sic rectè legitur. Causa etiam si justissima fuerit, pro tali conamine cadat. Pat. c. 1. & c. 9. n. 18. vel sic legendum; etiam si causa justissima fuerit, ea (causa) tali conamine (h. e. propter talem conatum) cadat. Don. n. 36. prius n. dixerat, etiam si causa justissima fuerit. E. non respicit instantiam, an sc. coram legitimo iudice fiat, sed iustitiam causæ, eaq; non obstante causam perdi vult: Iustitia causæ ne quidem secundum jus commune impedimento est, quo minus actor instantia cadat si reum ad incompetentem iudicem vocaverit. In causis omnium aliorum jus commune hoc vult l. fin. de jurid. Quorsum ergo opus hac constit. & pœnæ promulgatione, si non eam de ipsius causæ amissione accipiamus? Id, quod & alibi constitutum, ut sc. is qui aliquem in vetito examine vocat causam amittat. l. in criminali. §. C. de iudicib. Quæ-

QUÆSTIO XXVII.

Atqui caditne causa ipso jure?

Accurf. *Sichard.* & *Dd* com. putant nō nisi per sententiam, cūm id q̄ hic dicitur *cadat*, in *d. l. 5. C. de judiciis*, dicatur, *privetur*, quod sententiam iudicis innuit; Et in inferendis pœnis semper debeamus esse mitiores, Et in rebus dubiis is intellectus accipiendus qui minime lædat. At rectius alii, quod ipso jure. Constitutio simpliciter infligit pœnam hanc, nec requirit sententiam; *Si quis trahere tentaverit*, inquit, non autem, *Si trahere tentasse iudicatus fuerit*. Factum lex, non sententiam notat *l. palam 43. §. pen. de ritu nupt.* Ipso jure amittitur, quod ipso facto amittitur, h. e. ob hoc ipsum quod ali. quid factum est *d. l. palam*. At hic ob factum ipsum, si sc. trahere tentaverit, amitti dicitur causa; E ipso jure. Et quis iudex hanc sententiam ferret? An magistratus loci? (hoc videtur velleglossa) Judicaret sic de causa contra Const. An Doctor vel Episcopus? Deberet sic studiosus adversarium ad istos vocare, ut privetur actione sua. (hoc vult *Sich.*) At negavimus hos iudices scholarib. dari si convenient alios: Dantur si ab aliis conveniuntur.

QUÆSTIO XXVIII.

Quando autem hæc pœna committitur?

LITEM demum contestata, volunt *Dd.* quod trahere cum effectu accipiendum; post litem contestatam demum videtur verè trahetur *l. amplius ff. rem ratam haberi. & arg. l. 1. in fin. quod quisq. jur. l. 1. §. 1. n. quis eum qui in jus vocat.* Ante litem contestatam pœnitentia locum habet *l. quamvis. de in jus vocan.* nec dicitur iudicium *l. 15. rem ratam haberi.* citans non dicitur agere sed agere velle, inquit *Dd.* At imò sola citatione, propter verbum *tentaverit*, & verb. *conamine.* *Tentatio* vel *conatus* fit per solam citationem, licet studiosus non venerit: & probat *l. si quis non dicam. C. de Episc. & Cleric.* *Donellus* distinguit inter ducere volentem, & trahere invitum. Invitum trahere dicitur, si scholaris venit & ad alium iudicem revocavit: prius videtur vocari ut sciatur, an velit privilegium allegare *l. si quis ex aliena. de judiciis.* (Refer huc *q. 15.* ubi tractatum: an renunciare possit?) Si tamen constet illum iudicem esse incompetentem venire non teneretur vocatus *l. fin. de jurid. De quar. II. antinom. vide*

Duar. ad tit. de judic. At dicit *Rebuffus privil. 154.* quòd scholares non teneantur comparere & privilegium allegare, quòd eorum privilegium sit notorium: ubi autem constat notoriè aliquem esse privilegiatum tunc is non tenetur privilegium suum allegare. Quod tamen intelligit, si constet eum esse scholarem.

Q U Æ S T I O XXIX.

Quid ergò, si actor neget eum scholarem esse, qui se esse dicit?

Distinguit *Donellus*, Utrùm actor sciverit, an verò in facto & jure erraverit? Facti & juris error in damnis amittèdæ rei suæ nõ nocere solet *l. error. l. juris. de j. & facti ign.* Nec p̄p̄riè dicitur velle trahere studiosum, qui ut studiosum nõ trahit, sed ut alienum. *Sichardus* itaq; hanc cautelam dat studiosis, ut cum vocantur ad tribunal veritum, admoneant adversarium de statu & privilegio suo, sic enim pergendo, errorem ampliùs prætere non potest.

49. *Ex sine auth. observanda: Et quòd jussu Imp. Codici inserta* (reliqua v. autoritate hominis privati *Irnerii* forsitan vel *Wernerii*) *Et quod sub tit. C. ne fil. pro patre.* (collige: propter privilegium repressaliarum.)


50. *Atq; hæc de privilegiis studiosorum, non quidem in universum, sed secundum hanc nostram authenticam, quibus indigni judicantur hodiè, quod plerunq; plus vini quam olei absumant.* Sed

Parcite paucorum diffundere crimen in omnes.

C O R O L L A R I A.

1. An pater locuples à filio cogi possit ad sumtus studiorum subministrandos?
2. An libri vel sumtus studiorum in collationem veniant?
3. Studiosus in Academiis pecuniam mutuo accipiens, num *SC.* Maced. juvetur?
4. An libri in Musæum conductum illati, tacitè obligati sint pro pensione?
5. An Doctor possit expellere sabrum?
6. An ante quinquentium in studio juris absolutum quis possit admitti ad gradum Doctoratus?
7. An Doctores jure militari testari possint?

F I N I S.



~~1. H.~~ 6. H. 10. H.



01 A 6651

ULB Halle 3
003 108 422




LD 17

Reh 0







DISPUTATIO
Ex
AUTH. HABITATA. C. NE FILIUS
PRO PATRE.
UBI
DE STUDIOSORUM PRIVILEGIIS
ad quam
D. O. M. A.
Permissu Superiorum,
SUB PRÆSIDIO
Clarissimi & Consultissimi Viri,
DN. ANDREÆ GERHARDI J. U. D.
Publicè in Jctorum auditorio respondetur
respondebit
JOHANN-ADAMUS Khröden/ AB
ABSTORFF AUSTR.
Postrid. Cal. Septembris.
JENÆ, Typis Lippoldianis, Anno 1606.